comparen coram officio et actis prenotatis castrensibus premisl. status perso
naliter in vim relationis sue publice et per expressum recognovit
quia die hodierna hoc est feria secunda post festum sancte dorothee
virginis dum missus equitaverat cum prefatis nobilibus ad bo
na Zarzecze et Zurowczyky quondam Nicolai Malochowski secretarii
sacre regie ut possessorum horum bonorum in terra premisliensi
et districtu przeworsciensi sitt ad acceptandum intronum et actualem
realemque possessionem a quondam Stanislao Zolkyewsky et Fran
cisco Chamyecz et hoc iuxta inscriptionem obligatoriam prefati Ni
colai Malochowsky secretarii sacre regie ut coram sacra re
gia ut fuit in devenione generali petricoviensi anni domini millesimi
quingentesimi sexagesimi quinti ipsis quondam Stanislao Zol
kyewski et Francisco Chamyecz facti qua inscriptione prefata
ipse Nicolaus Malochowski inscripsit se et obligavit ipsis Sta
nislao Zolkyewski et Francisco Chamyecz reponere summam pecunie
novem millium et quingentorum florenorum pecunie non usualis polo
nicalis pro festo epiphaniarum apud acta castrensia premisl. aut
in defectu summe prefate repositionis intronum dare in bona prefata
in inscriptione ipsa prefata et expressa sub vadio similis summe
et hoc iuxta inscriptionem coram sacra regia ut fuit facti vacuus
caveri que intro et actualis possessio per providum Philippum
advocatum prefatorum bonorum nomine et ex parte quondam Nicolai Mala
chowsky secretarii in bona vizt Zarzecze et Zurowczyki prefatis
Stanislao Zolkyewski et Francisco Chamyecz non est admissa
immo tenore denegata que ita et non aliter fieri ipse nobilis reco
gnovit et nobiles prefati relatores ipsius nobilis recognitionem sua persona
li attestati sunt

Intro datu per Ostrowsky notarium Schaniawsky

Actum in castro premisliensi feria quinta ipso die sancti valen
tini anno domini 15 6 sexto

14/II. Ministerialis terrestris premisliensis providus Thymko Zule de sub
castro premisliensi unanimi nobilibus Gabriele Schanyawsky
et Nicolao Wylczinski secum comparen coram officio et actis prenotatis
castrensibus premisliensibus status personaliter in vim relationis sue publice et
per expressum recognovit quia die hodierna quondam Martinus
Ostrowski notarius terrestris premisliensis dedit et admisit realem intro
missionem et actualem pacificamque possessionem in bona sua
hrina vizt sortem ville Lypnyki nobili Jacobo Schanyawsky
et hoc vigore inscriptionis terrestris premisliensis in summa mille
quadringentorum florenorum per eundem Martinum Ostrowski notarium eidem Ja
cobo Schanyawsky facti ac obedientiam Cmethonum in bonis prefatis
demandavit quam in instanti in presentia nobilis et nobilium prestiterunt
nemine eandem intronum denegante et prepedienti immo ad eandem intronum
libere consentiente que ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit
et nobiles prefati relatores ipsius nobilis recognitionem sua personali
attestati sunt

protestatur przeszdziecky con Judeos Jusky

Actum in castro premisliensi feria sexta post festum sancti valentini
martyris proxima anno 15 6 sexto 15/II.

Nobilis Joachim Przeszdziecki factor de Bialoboki et seniter magnifici
Joannis Starzechowski de Starzechowycze pallatini terrarum podolie gna
lis Samborien drohobicensis etc capitanei coram officio et actis prenotatis
castrensibus premisliensibus status personaliter manifestabatur ac protestatus est in
et contra perfidos Justo Damolowycz et Justo Nassanowycz Judeos premisl.
quia ipsi contravenientes chyrographo suo sigillis suis obsignatis ac sub
scriptione manuum suarum iuxta obligationem suam debuerunt dare summam
septuaginta et novem florenorum pecunie eidem Joachim Przeszdziecki in dua
bus septimanis post festum sanctorum trium regum proxime preteriti anno
presenti alias prout ipse hic chyrographi lanus in suo tenore canunt sed
quia ipsi Judei prefati eandem summam prefatam prefato Joachim Przesz
dziecki pro tempore supra expresso minime dare et solvere curaverunt
nec solverunt de quo iterum atque iterum contra eosdem Judeos solemni
ter officio presenti protestatus est

Pokrzywnyczky arendat Kloffas

Comparens personaliter coram officio et actis prenotatis castrensibus premi
sliensibus nobilis Stanislaus Pokrzywnyczky tenutarius sex Cmet
thonum in villa Thrusszewicze publice palam et per expressum
recognovit quia nobili Jeronimo Kloffas sex Cmethones in
villa Thrusszewicze pro summa certa pecunie huic ad festum sancte
Agnetis proxime venturum arendavit et modo arende inscripsit
pro quaquidem arenda iam sibi satisfactum esse recognovit et de
qua eundem quietat prenotatis quosquidem Cmethones arendatos
ipse Jeronimus Kloffas tenebit habebit et possidebit illisque utifrue
tur vigore prenotatis arende et nullo alio iure cum omni iure do
mino et proprietate et omnibus usufructibus et utilitatibus quo
quomodo spectantibus ex illis provenientibus nullis penitus exceptis usque
ad expirationem arende et iam predictus Stanislaus Pokrzywnyczky
in prefatos Cmethones dedit realem intronum et pacificam possessionem
prefato Jeronimo Kloffas et hic idem status personaliter prefatus Jeronimus
Kloffas recepit se predictos Cmethones apud prefatum Stanislaum Po
krzywnyczky arendatos recognovit non alio iure tantum modo
iure arende se tenere et possidere post cuiusque expirationem
arende ipse Stanislaus Pokrzywnyczky in eosdem Cmethones
prefatos libere inquietabit tamquam in suos proprios in villa Thru
szewicze et per hoc nullam violentiam faciet super quod ut
positum est

Posit Cittones ex parte Sliwnyczky super Wisliczkie

Actum in castro premisliensi feria secunda post festum sancti Ma
thie apostoli proxima anno domini 15 6 sexto 25/II.

Ministerialis terrestris premisliensis providus Hryc de Tharnawo
cze coram officio et actis prenotatis castrensibus premisliensibus status personaliter